



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio

Coloniae Vbiorvm, 1645

CAP. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10133

C A P . VI.

Fluctuabat , tanquam mare fervens, animus meus. Excitabat concupiscentia carnis magnos libidinum fluctus : sed repellebat eos pudor ac metus. qui, tametsi domi jaceret , foris excitabatur, & stans, pro castitate pugnabat. Impellebat me multiplex occasionum flatus , in varios flagitiorum scopulos ; sed rejiciebat inde initium sapientiæ, timor tuus, Domine. demulcebant sensus, velut Sirenæ, voluptatum illecebræ ; sed excruciatum animum conscientia stimulis, tanquam tædis ardentibus.

C A P . VII.

Sed tandē tot tantisq; occasionibus peccandi subterducta est à te infirmitas mea; tandem scandala illa , mihi ante pedes posita, à te miserante subtracta; quo sine offensione viam mandatorum tuorum currem. Nam patre meo, viro optimo, paucorum dierum morbo, mihi sublato, quicum una familiæ nostræ spes & ornamenta omnia interiire, caruit etiam domus nostra iis lenociniis, quibus atavula mea corrumpebatur. Non intellexi statim , quantum & quam lethale vulnus tu Deus ultionum dominus , ob peccata & scelera mea mihi iratus inflixisses : intellexi aliquot annos post, ad ea damna respiciens, quæ res familiaris nostra contraxerat ; intellexi, inquam , eas calamitates recolens , quæ familiæ nostræ opes existimationemque pene contriverant. Efflorescebat ad honores & divitias pater meus ; cujus omnes labores, studia , & cogitationes, præsertim ad utilitatem meam & decus referebantur : sed cecidit omnis spes ejus, si-